

8.4 - *interventi ducali ed ecclesiastici 1330. - 1544.(c. 131. t.o - 133.)*

**Dal Registro delle Lettere 1388. 8. Marzo c. 47.**

esistente in Cancelleria del Comune

(*settimo fascicolo - carta 131. tergo*)

Venerabilibus Viris (*inizia in margine*) Massario, et Parochianis Eccl.iae S. Gregorii in Tar. amicis Canonicis etc.<sup>1</sup>

Venerabiles, et discreti viri et amici Carissimi, nos Rectores et Factores Magnifici, et excelsi DD.D. Francisci de Cararia Padue etc cognoscentes quod Beneficium S. Gregorii de Tarv. ad praesens vacat volentes providere de praedicto beneficio per idoneum et discretum virum mittimus vobis Massario et parochianis ipsius eccl.ae S. Gregorii virum D. Prb.rum Bartholomaeum de Padua latorem praesentis cum nostris litteris ad recipiendum collationem, et curam animarum ipsius Parochiae.

Quapropter committimus vobis quod sibi assignare debeatis claves dictae eccl.ae, et domorum ipsius cum omnibus suis bonis spiritualibus et temporalibus cum beneficio adventarii, et sibi dare, et assignare, et assignari facere omnes domus, possessiones, fructus et redditus ipsi eccl.ae spectantes ex parte vestra.

Valete.

Officium factoriae Magnifici D. Paduae - ibi. data die 8. Marcii.

**Dal libro delle Riformazioni 1330. 30. 8.bre. c. 130.**

Eodem (*in margine*) mill.o, et indictione die penultimo Octubris.

Curia Ancianorum Co.is Ter. in Capelletta palatii dicti Com. coram supradicto D. Pot.e congregata providerunt ipse D. Pot.as, et praedicta Curia quod proponatur Consilio 40. et si placuerit Consilio 40., quod proponatur majori.

quod hic modus et forma in sepulturis hominum, et personarum Civit. Tarvisii et districtus – debeat de caetero observari<sup>2</sup>, videlicet, quod quotiescumque continget aliquem hominem, et personam mori et decedere in Civit. Ter., burgis et districtu, homines ipsum corpus et cadaver possint usque ad portas seu fores eccl.ae sociare tantum, et non ultra ubi ipsum corpus sepelitur, et illinc statim debeant recedere et sociare possint parentes, et propinquos mortui usque ad domum olim per ipsum defunctum habitatam, et illinc etiam statim debeant recedere. et quod aliquae mulieres et dominae non possint, nec debeant ire post dictum corpus, nec ipsa die ad ecclesiam.

Licitum tamen sit, ac possint, et debeant usque ad numerum 4.or, 6, vel 8. hominum ad plus, seu ultra ad ecclesiam remanere pro ministrando, seu ordinandis, et faciendis necessariis circa sepulturam ipsius mortui, possint tamen battuti Scolae B. Virginis gloriosae, et eorum Gastaldiones dictae sepulturae libere interesse, non obstantibus praedictis.

Poena cuilibet contrafacienti inferenda, si fuerit de primo gradu, 200. lib. parv.. et si fuerit de secundo 100. lib. par. contra quos D. Pot.as procedere etc.

**Dal libro Atti sotto il Podestà Pietro Canale dell'anno 1339. 40. 41. in Cancell. Com.**

Fra le altre spese del Comune si leggono c. 43. le infrascritte<sup>3</sup>.

et Fratibus Praedicatoribus, Minoribus, Heremitanis

- pro suis oblationibus in anno lib. 60. parv.

et eccl.ae S. Mariae Majoris pro oblationibus - lib. 15. parv. in anno

et S. Petro pro oblatione - lib. 15. parv. in anno

. . . .

<sup>1</sup> (*a lato, in margine sinistro*) 1388. Provisio Ecclesiae S. Gregorii

<sup>2</sup> (*come sopra*) Provisiones Civit.s circa Funera

<sup>3</sup> (*come sopra*) Oblationis Ecclesiis factae

et S. Bartholomaeo pro oblatione	- lib. 15. parv. in anno
et S. Mariae de Battutis pro oblatione	- lib. 15. parv. in anno
et B. Rigo pro oblatione	- lib. 15. parv. in anno
et Dopno Parisio pro oblatione	- lib. 15. parv. in anno
et Rigatino et Zanusio praeconibus pro una roba pro quolibet	- lib. 32. par.
et D. episcopo Tervisino omni anno pro muda et quarantesimo de Mestre	- lib. 500. parv.

**1340. Fra le Lettere (in margine sin qui) del Podestà Pietro Canale c. 35.**

Ve n'ha una del Doge de 29. Agosto, colla quale inviandoli copia di una Lettera ricevuta dal Marchese Spineta Malaspina<sup>4</sup>, in cui si lagna questo Signore, che pendente lite davanti al Vescovo di Trivigi, il Podestà abbia spogliato del Suo Canonicato nella Cattedrale Gabriello Suo Nipote, li soggiugne: “propter quod, si ita est, miramur, quomodo in Juribus clericorum, quae specant clericali iudicio vos impedire curatis: hoc enim foret contra nostrum honorem et vestrum: et ideo mandamus vobis, quatenus a talibus cessare debeatis omnino, et si quid fieri fecistis, revocetis, et in statum pristinum reducat, permittentes id, quod spectat iudicio epi Tarvisini, et non ad vos, ipsum e.pum definiri, et cognosci”.

Data in n.ro Duc. pal. die 29. Augusti 8. Indict.

Segue la risposta del Podestà, ma è corrosa.

**1359 - 60. (in margine) Littere a Fantino Morosini Podestà c. 72. 21. Luglio.**

Il Capitolo di Trivigi fa una procura per litigare con Pileo già vescovo di Trivigi, e sono quattro Can.ci: Decano, Archidiacono, un Can.co, e Daniele Adelmari Primicerio de' Cappellani di Trivigi “tamquam personae constituentes dictum Capitulum” etc.

c. 58.

C'è la Bolla dell'elezione del Vescovo Baone d. 12. Giugno.

**1391 - 92. (in margine) Nelle Lettere c. 5. t:go. 8 Giugno.**

Il Dominio concede ai Can.ci e Cap.lo spogliati delle loro rendite per la guerra di poter acquistare nel Trivigiano D. 1000. di stabili.

Un'altra ve n'ha c. 10. affatto simile ed accenna la prima.

(settimo fascicolo - carta 132.)

**Lettere 1393 - 94. Cancell. del Comune c. 27. t:go (verso sinistra)**

1393 - 7. jan. I. Indict. (sin qui in margine) Ducale che vertendo lite in Roma per il Can.to I. di Melma fra il nob. Niccolò Giorgio e Viviano di S. Eulalia,

1393. - 16. X.bre (sin qui in margine) Concede il Principe, che si cerchino elemosine per la fabbrica e riparamento dell'ospitale di S. Bartol. eo<sup>5</sup>: il Podestà faccia che i frutti si conservino in Deposito. ivi segue nota delle Possessioni di quel Canoncato. era posto nel Borgo per sovvenimento de' suoi poveri: Promettendo il Vescovo di Trivigi dar licenza, che si questui nella diocese, e non concedendo ad altri facoltà di cercare in nome di S. Bartolomeo.

. . .

<sup>4</sup> (a lato, in margine sinistro) March. Malaspina Can.co.

<sup>5</sup> (come sopra) S. Bartolomeo in borgo Ospitale

**1396.** - 29. Luglio (*sin qui in margine*) **ibi.** c. 3.

Licenza del Podestà a due destinati dall'Ospitale di S. Bartolomeo di questuare a pro di quello in tutta la diocesi di Trivigi: accennando che i Benefattori conseguivano indulgenze "auctoritate apostolica, et episcoporum, et aliarum venerabilium personarum indultas".

**Dal libro Actorum. D. Philippi Aurio, in Cancell. del Comune 1344 - 45.** c. 5. t.go.

1344. (*in margine*) 25. Ap.le. Relazione fatta dal Trombetta in piazza di pescaria, che aveva citato le scuole di Arti della Città a venir'oggi colli loro gastaldi e Bandiere avanti terza, quando suonerà la campanella alla loggia nuova del Palazzo del Com. di Trivigi per accompagnare il Podestà e la sua corte alla Cattedrale all'Altare di S. Marco, coi doppiieri, o ceri e candelotti per l'offerta; le scuole sono le infrascritte:

1. Scola Notariorum Civit. Tar.	13. Scola illorum <sup>6</sup> de Pignolatis (1355. post 9. 9.bre in libris
2. Scola Drappariorum	14. Laneriorum Actorum ut supra c. 15. D.
3. Tabernariorum	15. Pelipariorum Nicolaus Medicus de Ferraria
4. Sartorum	16. Murariorum conduxit Tarvisium duos
5. Zupariorum	17. Marangonorum lectus: unum de pignolatis,
6. Specciariorum	18. Barberiorum alterum de tela etc.)
7. Aurificum	19. Casolariorum
8. Merzariorum	20. Salarorum ( <i>salta il 21</i> )
9. Calegariorum	22. Molendinariorum
10. Fabrorum	23. Pictorum
11. Solariorum	24. Tarnariorum forte Fumariorum
12. Becariorum	25. Strazalorum et Illorum qui dant equos ad Naulum

**ibi. (cioè Atti)** c. 17. 1371. 14. 7.bre (*inizia in margine*) Un proclama, che niuno ardisca atterrare una parete con porta posta fra le chiese di S. Andrea, e di S. Gio: da Riva.

**Libro Atti come sopra** c. 27. **1378. 29. Giugno.** (*inizia in margine*) Proclama, che il Ducato valesse L. 3: 16: 6.

**ibi.** c. 62. **31. Marzo.** (*inizia in margine*) Proclama, che ne' funerali non si spendesse più che L. 16:

e che le Donne non accompagnassero li Cadaveri.

**Libro Atti come sopra, 1391 - 92.** c. 12.<sup>7</sup> (*inizia in margine*)

1391. 29. 9.bre. Il Banditore riferì di aver fatto proclama "quod omnes artifices, et stationarii Civit. Tarvis. et districtus teneantur et debeant statim claudere omnes suas stationes, et non laborare, sed solemniter festivizare diem praesentem, sicut in festivitatibus fit, et hoc sub poena, et in poenam 100. sol. parv. pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice; scientes quod dictus D. Potestas et Capit. faciet diligenter inquiri de contrafacientibus, et eos puniet, ut supra.

Et si hoc in annualem memoriam, et recordationem, quod in tali die populus Tarvinus exivit de iniqua, et perfida tirannia D. Francisci de Carraria.

Et quod in die crastina, in qua celebratur festum S. Andrae Apostoli in memoriam praemissorum omnes, et singuli Gastaldiones omnium artium Civit. Tarvis. cum suis confratribus et banderiis, et oblationibus cerearum . . .

<sup>6</sup> (*a lato, in margine sinistro*) de Fustagneri v. Prov. Ducali lib. D. Cancell. Com. l. tract. n. (*non scrive*)

<sup>7</sup> (*come sopra*) V. un simile dell'anno 1397. 28. 9.bre. libro Atti di Gio: Giorgio Podestà etc. c. 8. e c. 11. per la Festa di S. Lucia, si proclama il pallio, e la processione.

teneantur et debeant associare dictum D. Po.tem et Cap. et D. E.pum cum toto clero Tarvis. ad processionem solemniter fiendam de Ecclesia Cathedrali ad Eccl.am S. Andraeae de Ripa de Tarv. et hoc sub poena et in poenam 100. sold. parv. pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice: scientes quod dictus D. Pot.as et Capit.s faciet inquire de contrafacientibus, et puniri ut supra”.

**ibi.** (*in lato sinistro*)

1391. 3. X.bris. Proclama. Quod die 13. mensis X.bris instantis in festo videlicet B. Luciae<sup>8</sup>, in qua Serenis.ma Dominatio Ducalis Venetiarum rehabuit dominium Civit. Tarv. curretur ad unum pulchrum bravium de Veluto, ad quod omnes volentes currere cum suis equis cursoribus possint currere: scientes quod qui prior ad idem bravium motu terminato progrediens, sumet illud, secundus accipit rem, tercius gallum, ultimus vero baffam.

**Libro Lettere, come sopra c. 22. (verso sinistra)**

(*di fatto, siamo già nel margine inferiore*) 1398. 29. Julii.

Nos Jo: Georgio de Veneciis de ducali mandato Veneciarum Civit. Tarv. Pot. et Cap.

universis, et singulis Maricis juratis, ac Massariis bonorum Ecclesiarum villarum districtus Tarv. nec non Communibus dictarum villarum, ad quos praesentes advenerint, facimus manifestum, quod coram nobis comparuit R.us P.r et D.D. Bernardus Abbas monasterii S. Michaelis de Podrobonici Vicarius D. E.pi Tarv., et dixit, et exposuit, quod pro conservatione bonorum mobilium, et immobilium ecclesiarum Civit. Tarv. et districtus fecerat publicum edictum<sup>9</sup>, in quo mandavit omnibus sacerdotibus curatis et non curatis, quatenus sub poena excommunicationis infra unum mensem coram ipso deberent praesentare in scriptis inventaria bonorum mobilium et immobilium dictarum eccl.arum, et quod quamplures Sacerdotes coram ipso comparuerunt se excusantes, quod sunt parati dicta inventaria dare, et praesentare, sed sui Parochiales vetaverunt, et vetant, ne dicti Sacerdotes faciant dicta. . . . (*continua sul tergo, dopo la seguente aggiunta marginale, che sembra posteriore*)

1689. (*in margine*) 13. X.bre e 13. Gen.o M. V. c. 320. Registro in Cancell. inferiore, che non siano impediti li Canonici dal portarsi in Venezia p. far li ricorsi occorrenti loro etc.

(- *carta 132. tergo*)

(*continuazione*) . . . dicta inventaria, et ea producant, requirens a nobis super praedictis de justo remedio provideri.

Idcirco, quia nobis iustum videretur, et consonum rationi, quod dicta inventaria fiant pro conservatione jurium, bonorum, et rerum dictarum eccl.arum, vobis stricte praecipiendo mandamus, quatenus poena, et banno nostro arbitrio auferendis bona vestrarum eccl.arum mobilia, et immobilia dicere, ostendere, et propalare debeatis dictis vestris Sacerdotibus, cum carta bonorum immobilium, ut possint dicti Sacerdotes in scriptis reducirere, et de dictis bonis facere inventaria praedicta, dictoque D. Vicario praesentare. Alioquin contra vos, et vestrum quemlibet inobedientes procedemus prout inobedientia vestra meruerit, et contemptus.

In quoum omnium fidem, et testimonium praemissorum has nostras patentes litteras fieri jussimus, et sigilli n.ri regiminis mandavimus impressione muniri.

Data Tar. die 29. mensis julii 1698. indict. 6.

. . . .

<sup>8</sup> (*a lato, in margine sinistro*) Nota, quod Marcus Zeno Pot. et Cap. Tar. “ad requisitionem Universitatis Tarvisii accepit Domum (Prioris S. Mariae a Carceribus) et fecit fieri unam Ecclesiam cum Altari ad honorem S. Luciae, quia in tali die Dominium nostrum intravit in Civit. Tar.i etc”.

V. Lib. Reg. Litter. Canc. Com. 1405. c. 15.

<sup>9</sup> (*come sopra*) Inventaria Ecclesiarum Civit. et Districtus Tarv. exhibeantur Vic.o E.pi

**ex libro: Litterae 1395. 96.** c. 14. t.go. (*inizia in margine*)

Antonius Venerio dei gra. dux Veneciarum etc.

Nob. et Sap. Viro Jo. Miani - et Cap. Tar. -

Aliquae argenteriae Eccl.ae Tarvis. erant et sunt in manibus, et bailia officialium nostrorum rationum, quas argenterias contenti sumus, quod veniant, et dentur in manibus vestris cum intentione quod fiant per vos duo procuratores fidi: qui has argenterias vendant, quam melius poterunt, et de pecunia emant paramenta<sup>10</sup>, et alia quae requirent Decanus, et Capitulum Eccl.ae Tarvis. hoc expresso et intellecto, quod ipse Decanus, et Cap.lum promittant solemniter, et sic se facturos cum plenissimo effectù obligent, respondere et solvere, atque satisfacere quicquid de jure habere deberent de praemissis argentariis episcopus praeteritus, vel alius; et eximere nos et n.rum Com., et indemnes facere cum illis cautelis, quae videbuntur; et notantur, quod ipse Decanus, et Capitulum dent sufficientem fidejussionem de sic attendendo, et observando praemissa, et non contraveniendo modo aliquo, causa, vel forma, unde sicut praescribimus, sic mandamus per vestram fieri prudentiam, et servari.

Data in n.ro Ducali palatio die 26. mensis 8.bris indict. 4.

Antonius Venerio dei gra. dux Veneciarum etc.

Nob. et Sap.Viro Jo: Miani ....

Ad requisitionem, et supplicationem cuiusdam nuncii missi per Cap.lum Tarvis. ad n.ram praesentiam pro securitate danda nostro dominio, de eximendo nos ab omni damno, expensis, et interesse quae occasione ipsarum argenteriarum possumus subire, et perpeti per aliquos, qui habent jus in ipsis argentariis: fidelitati Vestrae scribimus, quod contenti sumus pro n.ra securitate et cautela, quod dictum Cap.lum Eccl.ae Tarvisinae promittat, et se obliget de reddendo, et faciendo nos securos, et penitus indemnes ab omni futuro damno, expensis, et interesse, usque per tempus 5. annorum, absque alia fidejussione, praestanda per ipsum Cap.lum ab extra<sup>11</sup>. Nam confidimus de sola promissione Cap.li, et fructuum suorum.

Segue l'atto di questa obbligazione.

Tratta dall'Archivio di S. Teonisto, nelle Carte del Sig.r Can.co Scoti inserite nella Raccolta del Co. Vittore.

**To. IV.** c. 12. (*verso sinistra*)

In Xp.i nomine amen. Anno domini 1361. indict. 14. die Luvae 8. Mensis Martii in claustro Monialium conventus, et loci S. Mariae de Mulianis districtus Tar. et eiusdem dioecesis, praesentibus etc.<sup>12</sup> .....

Religiosa domina D. Benedicta Dei gra. Abbatissa Monasterii conventus, et loci praefati, ad quam spectat institutio et destitutio Beneficii, et Eccl.ae Sacerdotalis, et Sacerdotis S. Matthaei de Villanova de Campagna Tarvis. districtus. et eiusdem dioecesis, et presbyterorum pleno jure; attendens quod ipsa eccl.a viduata per renunciationem Presbyteli (*sic*) Blasii de Padua olim Rectoris dictae eccl.ae ..... considerans, et attendens personam Pb.ri Donati Bernardi q. Ser Jo: de Formenica in scientia, et bonis moribus constituti ..... R.m D. Pb.rum Franc.um qu. dicti Jo: de Formenica Plebanum Plebis S. Jo: Baptistae de Ystrana diocesis Tar. nomine dicti dicti (*sic*) Pb.ri Donati Bernardi coram ipsam D. Abbatissam genibus flexis constitutum. et humiliter modo juridico acceptantem pro ipso beneficio et eccl.a, et officio Sacerdotali conexas, et dependentibus cum libro, quem tenebat in manu, motu proprio, et de voluntate totius sui Capituli ibi praesentis et volentis liberaliter investivit. ....

. . .

<sup>10</sup> (*a lato, in margine sinistro*) Quod Argenteriae Eccl.ae vendantur pro emendis paramentis.

<sup>11</sup> (*come sopra*) Obligatio Cap.li sine fideiussione pro ipsis argentariis.

<sup>12</sup> (*come sopra*) 1361. 8. Marzo. Coll.o Eccl.ae de Villanova Monial. de Mulianis.

Qui D. Prb. Franciscus nomine, quo supra, post dictas collationem, et investituram, et acceptationem, juravit ad S. D. E. tactis sacrosanctis scripturis corporaliter sibi delato sacramento per me notar. infrascriptum de mandato praedictae D. Abbatissae obbedientiam debitam, et quod solvet censum praedictum, quem asseruit esse debitum ipsi D. Abbatissae recipienti etc. promittens etiam praedictus D. Pbr. Franciscus nomine, quo supra, sub praedicto sacramento cum poena 20. solid. parv. omni anno annuatim in quolibet festo Assumptionis V. M. in dicto Monasterio in Missa et vesperis vigiliarum interesse cum suo superpeliceo: et similiter sub eadem poena in quolibet festo in missa et vesperis (*aggiunge in margine* cum vesperis) vigiliarum sacrae Plebis S. Mariae de Mulianis un dicto Monasterio: et promisit eodem sacramento, nomine quo supra, quod ..... Pbr. Donatus Bernardus nullam molestiam, quaestionem, ac damnum unquam per se, vel interpositam personam nomine sui ipsi D. Abbatissae recipienti, ut supra, contra consuetudines faceret, vel inferret; et si aliquem senserit, vel ad eius aures pervenerit aliquem facere, vel velit facere, vel vult fecere, vel movere aliquem (sic) damnum, molestiam, vel quaestionem ipsi Monasterio, toto suo posse obviabit, et infra octo dies ..... denunciabit etc. observare promittens, et confitens etiam nomine praedicto in .... ipsius D. Abbatissae recipienti, ut supra, esse subiectum in spiritualibus, et temporalibus, et quod ad ipsam D. Abbatissam spectat institutio et destitutio,

(*settimo fascicolo - carta 133.*)

destitutio dicti Beneficii, et quod potest contra eum procedere, et habet merum, et mixtum imperium, iudicium, et cognitionem, et noctionem, et praedicta omnia et singula dictus D. Pbr. Franc.us, nomine quo supra, dixit, et confessus fuit, promisit et juravit etc. etc.

Ego Oliverius de bella .... Not. etc.

**1364.** (*in margine*)<sup>13</sup>

R.do (*in margine*) in Christo Patri D. Fratri Bernardo E.po Lucaten. Petrus eadem gra. E.pus Tar. Salutem, et sinceram in domino caritatem.

Cum eccl.a S. Martini de Vonico, et S. Michaelis de Curogna nostrae dioec. Tar. ad praesens carent Rectoribus. propterea quod in spiritualibus et temporalibus eccl.ae ipsae, et earum Parochiani incomodum patiuntur non modicum et defectum; ut tenemur, periculis, quae possunt exinde contingere, de salubri remedio providere, ac de persona vestra quamplurimum confidentes, administrationem dictarum eccl.arum generalem, ac ipsorum populorum, et parochianorum diligentiam, et curam eidem personae vestrae, usque ad nostrum beneplacitum committimus per praesentes. Mandantes insuper universis et singulis parochianis dictarum etc.

In quorum etc.

Datum etc. 1364. indict. 2.

#### Ex processu +. A. capsula X. c. 16.<sup>14</sup>

Ego Franc.us (*in margine*) miseratione divina S. Marci S. R. E. diaconus Cardinalis Pisanus etc.

Cum alias de Canonicatibus, et Praebendis, nec nin Mansionariis, Capellaniis et aliis et aliis beneficiis ad collationem, provisionem, seu quamvis aliam dispositionem Archidiaconi, Decani, ac Canonicorum, et Capitulorum in Cathedralium ecclesiarum Paduanae et Tarvisin. consistent. indultum exstitit per fe. re. Clemen. VII. et deinde per SS:mum D. N. D. Paulum III. confirmatum, ut de eisdem, quibusvis personis, de quibus mihi videretur, providere libere et licite possem, intelligens mentem Ser:mi Principis et Ill:mi Dom. Veneciarum, . . .

<sup>13</sup> (*a lato, in margine sinistro*) Commendatio Eccl.ae de Vonico p. E.pum. ibi.

Persimilis habetur de portione Eccl.ae S. Zenonis facta e.po Satalen. anno 1370. indict. 8.

<sup>14</sup> (*come sopra*) 1535. 27. Ap.lis. Indultum Cardin. Pisani ad mentem S.mi Principis non comprehendit Beneficia Cap.li in mensibus Ordinariis.

cupiens illis eorumque mandatis parere, et rem gratam, et acceptam facere, ex nunc consentio, consensumque meum (*sic*) praesto pariter et assensum, ut praefati Archipr., Decanus, Can. ci, et Capitula ecclesiarum praedictarum in singulis quatuor mensibus ordinariis Collatoribus per regulas Cancellariae Ap.licae libere concessis de praedictis omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis in cathedralibus praefatis consistentibus disponere possint et valeant, perinde ac si indultum praefatum non emanasset; in quorum fidem et testimonium praesentes fieri per nostrum secretarum infrascriptum, manuque nostra propria subscripsimus, sigillique nostri jussimus et fecimus impressione communiri.<sup>15</sup>

Datum Romae in palatio n.ro S. Marci sub anno 1535. die vero XVII. mensis aprilis.

Ita consentio et assensum meum praesto.

F. Cardinalis Pisanus  
Marinus de Podio Secret.s

**ibi.** c. 118. (*l'indicazione è verso sinistra*)<sup>16</sup>

Noi Fran.co Card. Pisani, Administrator della Chiesa di Trev. avendo conosciuto la obedientia, ed amorevole dimostrazione del R:do Cap.lo n.ro di Tr.o e delli deputati<sup>17</sup> da esso, di nostra mera liberalità, conoscendo esser'ufficio n.ro far grazia a chi se mostra obediente, ed avendo avanti li occhi il zelo del culto divino, e del servizio della Chiesa, per dar'anco speranza che chi serve nella chiesa possi aspettar merto, se consentiam ed obblighiamo, che sempre che vacheranno Benefizi nella Chiesa di Treviso spettanti alla Collazione del detto Capitolo nelli quattri mesi, che loro ordinariamente potessero avere Collazione, dar detti Benefizi alli Preti residenti, secondo che noi serà ricordato, e nominato dal d:to R:do Capitolo, la qual nominazione sia fatta dalla maggior parte di esso Cap.lo.

Volemo, che questa n.ra gr.a duri fino siano revocati li n.ri indulti intimati al d.to R:do Cap.lo. Et in caso de rivalidazione, volemo che la sopradetta grazia non sia de alcun momento, havendo così il R:do Cap.lo ceduto etiam loro condizionatamente.

E in fede di ciò, oltra la nostra parola, abbiamo fatto far la presente per infrascritto nostro segretario sottoscritta di nostra mano, e sigillata col nostro solito sigillo etc

In Treviso nel palazzo n.ro e.pale alli 21. del mese di settembre nel 1538.

Ita est. F. Card. Pisanus manu propria (L. S.) Marinus de Podio secretarius.

**ibi.** c. 120. (*verso sinistra*)<sup>18</sup>

Indict. 2. die vero dominica 9. Mensis Martii. In Sacristia parva etc.

Congregato R:do Capitulo DD. Canonicorum etc.

Rd. D. Andreas Salomonus praefatus R.mi D. E.pi Tar. L. T. et Vicar. G. ibidem legi fecit litteras R:mi D. Cardinalis Pisani sub data Romae die 29. Februarii, per quas illi committitur, quod intimani faciat R:do Cap:lo, quod ipse R.mus D. Cardin. non intendit amplius stare concordio alias inito cum R.do Capitulo in executiione suorum indultorum Ap.licorum, ex eo quod R.dum Cap.lum saepius contravenerit dicto concordio, et suis indultis super collazione Beneficiorum, sed quod intendit suo loco, et tempore uti de iuribus suis contra ipsum Capitulum, et particulares personas, et sic etc.

Ciò nonostante, il Can.co Zucchello come Proc.r del Tealdino presentò l'istesso giorno alla chiesa vacante di S. Trovaso il Can.co Franc.o Onigo; ma il Cap.lo non gli diede il Possesso.

V. in libro Actorum DD.

<sup>15</sup> (*a lato, in margine sinistro*) V. in libro OO. Actorum Coll.em Eccl.ae S. Bonae per Cap.lum factae anni 1569. 29. Martii vacantem per privationem Antonii Grimani Ab. Sextensis.

<sup>16</sup> (*come sopra*) 1538. 21. Sett.e

<sup>17</sup> (*come sopra*) Giulio Avvogaro, Giulio Rovero, e Alessandro Tealdino Canonici deputati ad. 11. et 20. 7.bris ut in actis Cap.lrbus et Process. A. +. Cap. X. c. 157.

<sup>18</sup> (*come sopra*) 1544. 9. Martii Indultum Card. Pisani.